Heiligenstein

BASIS PALATINA
AUSPICIIS, IMPENSIS, FAVORE
ET
IMPERIO CLEMENTISSIMO
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
ELECTORIS PALATINI
CAROLI THEODORI

EXEUNTE ANNO SUPERIORE 1762

AD

NORMAM ACADEMIÆ REGIÆ PARISINÆ
SCIENTIARUM EXACTAM BIS DIMENSA

HOC DEMUM ANNO 1763

NOVIS MENSURIS AUCTA ET CONFIRMATA
RECENTISSIMISQUE OBSERVATIONIBUS ET
CALCULIS STABILITA

A

Chriſtiano Mayer, S. J.

Almæ & Antiquiſſimæ Electoralis UNIVERSITATIS HEIDELBERGENSIS Profeſſore
Matheſeos & Phyſicæ Experimentalis P. & O.

. . . . *Difficili ſurgit ſeges ampla labore.*

MANNHEMII,
Ex Typographejo Electorali-Aulico.

Acc 2014-225

QB 303
.M47
1763 x
nos. 1&2

SERENISSIME
AC
POTENTISSIME
PRINCEPS ELECTOR
DOMINE DOMINE
LONGE
CLEMENTISSIME!

Opus tenue, ſi molem ſpectes, & anguſtum; nec ſummo TUO, *quo emines, faſtigio, dignum eſt,* ELECTOR MAXIME! *quod ſiſto; ſi vero laborem attendis & ſumptus, quibus natum eſt,* TUUM *eſt: ſi Fructum Patriæque commodum, & quæ cum eo conjuncta ſunt, ſumma tum Geographiæ, tum Aſtronomiæ emolumenta, id, quantulumcunque videtur, tam eſt in laudes* TUAS *magnificum, quam quodlibet aliud hujus generis æternum gloriæ* TUÆ *monumentum.*

Et vero quanta non ſunt hæc ſplendoris TUI *inſignia? quæ argumenta laudis? quot characteres immortalitatis? quis auſit verbo complecti univerſa? Deo & Religioni Baſilicam Romanæ æmulam erexiſti cum* CONSTANTINO, Princeps *vere pius; ingeniis*

TUORUM *Bibliothecam veteri* ÆGYPTO *invidendam cum* PTOLOMÆO; *novam Domi* TUÆ *ſedem Aſtronomiæ cum* ALPHONSO *Rege*, *&* WILHELMO LANDGRAVIO HASSIÆ; *proprium Antiquitatis honoribus atrium cum* AUGUSTO; *ſuam* ZEUXI; *ſuam* PRAXITELI *Pinnacothecam cum* ALEXANDRO SEVERO; *ſuum Theſauris Gazophylacium cum* PIGMALIONE; *ſua veterum Regum Principumque nummis armaria cum* A. POLLIONE *condidiſti*; *& ne quid deeſſet naturæ univerſæ; rarum & amplitudine rerum, & varietate corporum theatrum*, Hiſtoriæ Naturali *aperuiſti*; *artibus omnibus & ſcientiis*, TUO *illo prodigioſo porticu triplici* Carolino *ſedes ſtabiles ac penates tribuiſti*, PRINCEPS Muſarum Stator, Munificus, Sapiens, Auguſtus: *Græco*, *Latino*, *Italo*, *Anglo-Gallo*, *Germano ſermone Polyglottus*, TUO *vaſto pectori immen-*

ſam

ſam eruditionem, exteris admirationem, TUIS *amorem & venerationem* TUI *ſummam attuliſti; ut jam unus antiquorum Regum omnium & Principum laudes collegiſſe mihi videaris.*

In tanto TUARUM *laudum cumulo unum, erat, quod a* TUO *Numine præſtolabatur, lumen decusque* Geographia: *id quoque* TU *illi cumulatiſsimum reddidiſti, cum ſuperiore anno, glorioſis* TUIS *auſpiciis*, TUIS *impenſis, & pars non exigua* TUI *Palatinatus, & longiſsimus ille terrarum tractus* ARGENTORATUM *inter &* MONACHIUM *repente in Triangula coaluit, Duce illuſtri* Caſſinio, *me adjutore & obſervationum ſocio*, TE *Munificentiſsimo* MÆCENATE. *Operi deerat baſis; hanc noſtro arbitrio eligendam permiſiſti; ſuam baſi menſuram a prima* celeberrimæ Academiæ Regiæ Pariſinæ *norma vindicaſti; peractæ dimen-*

menſioni quid, niſi obſervationes, & obſervationibus calculi adjiciendi erant? quibus non unam, ſed multiplicem baſin (*immortale Nominis* TUI *ad poſteros monumentum*) *æternum ſtabilirem.*

Vivit etiamnum grata Regis Arabiæ ALMEON *ſive* ALMAMON *memoria, qui nono poſt Chriſtum ſeculo* (*teſte* ABILFELDA * & *ipſo Principe Geographo*) *baſin in immenſa camporum* Babyloniæ *planitie* SANIAIR *dimenſus eſt: nec vires tantas habuere conjuncta cæterorum Regum ejus gentis facinora, queis per bella & victorias, per clades Regnorum, & populorum excidia Orientis Imperium in* Hiſpaniam *usque produxere, ut vel ſua poſ-*

* ABILFELDA *ſive* ABILFELDEA *Princeps* Syriæ, Aſſyriæ, & Perſidis *Geographus inſignis; ejus Geographia* Arabica *aſſervatur in* Bibliotheca Palatina. *De* CHALES *Tom. I. De progreſſu Matheſeos Fol.* 47.

poſteris nomina transſcriberent: luculento indicio, Immortalitati propiorem Marte eſſe APOLLINEM. *Itaque* TUA *eſt* SERENISSIME ELECTOR, *tota, ſi qua eſt, ut eſſe certe reor,* Baſeos *hujus gloria, quam Germanorum Principum primus in ſpem ingentem novæ totius S. R. Imperii mappæ condendæ orbi oſtentaſti;* TUUM *eſt decus, quo Academicorum* TUORUM *Heidelbergenſium unum, infinitis* TIBI *nominibus devinctum, in hujus quoque laboris ſocietatem adſciſcendum cenſuiſti;* TUA *eſt,* TUO*que munere nata, quam mihi tribuiſti, cathedra Phyſico-Mathematica;* TUUS *favor ille ſingularis & prorſus eximius, quo mea uti opera, in adornando* TUO Hiſtoriæ Naturalis Muſeo, *clementiſsime voluiſti; meæ duntaxat ſunt obſervationes, mei ſunt calculi, mea ſunt ſtudia, quibus* TUÆ *Dignitati laboro & Gloriæ; hanc* TIBI *conſervabunt urbes, quarum veras determi-*

navi

navi diſtantias; hanc ebora loquentur; hanc reddent marmora; hæc in coloribus vivet & tabulis; hanc nova Germaniæ mappa loquetur poſteris; hanc aſtra narrabunt & æra, gemmæque loquaces: tantarum rerum Authorem unum extitiſſe CAROLUM THEODORUM, *cui boni omnes vitam cum Imperio diuturnam, & in* NEPOTIBUS *perennem, & felicitatem ſempiternam a Deo ter Optimo Maximo mecum quotidie ad Aram apprecantur. Qui ſum*

SERENITATIS TUÆ

Servorum Infimus

Chriſtianus Mayer S. J.

LECTORI ASTRONOMO.

Argumenti dignitas, quod hic tractandum ſuſcipio, fuſiorem equidem, fateor, totius operationis expoſitionem, ipſarumque, queis calculus nititur, obſervationum enarrationem accuratam poſtularet, ut perſpiciat unusquisque, quo ordine, modoque hæc ſeries Triangulorum nata ſit; quid quantumve ſtationibus ſingulis reductionibusve ad centrum tribuendum demendumque videatur; qua methodo, quantave induſtria & in ipſius quadrantis, quo uſus ſum $2\frac{1}{2}$ pedum in radio, errores inquiſitum; quibus demum adminiculis (quæ *verificationes* dicimus) neceſſaria vel inſtrumento vel obſervationibus

remedia correctionum admota; quo terræ tractu baſis ſelecta, quave menſura, quam ad ferream *celeber. Academiæ Pariſinæ* regulam a digniſſimo ejusdem Academiæ ſocio Domino MARALDI nobis ſubmiſſam exacta; quo gradu Thermometri, inſtrumentorum hominumque apparatu ea dimenſio peracta ſit: ut ex collato rerum hujusmodi omnium conſenſu diſſenſuque palam conſtet omnibus, a ſedulo obſervatore prætermiſſum eſſe nihil, quod ad tanti tamque excellentis operis perfectionem pertinet, cujus magnitudini etiam ſummi Galliæ PICARDI aliquando ſuccubuiſſent.

Verum cum hæc ſingula rite in ordinem digeſta mihi ne cogitanti quidem in juſtum volumen excreviſſent, videremque molem viribus, typo noſtro aliunde deſudante, majorem, quam ut hac etiamnum æſtate lucem adirent, vela contrahenda putavi; & rejecta ſimul in aliud tempus tota lucubratione, quæ ampliſſimam totius expeditionis nobilis ab illuſt. *CASSINIO* ſuperiore anno mecum late per Germaniam ſuſceptæ deſcriptionem contineat, nunc eo enitendum, ut muneri, quo fungor, Profeſſoris & exſpectationi Aulæ, &, quod caput eſt, *SERENISSIMI ELECTORIS* voluntati quam celerrime faciam ſatis.

Et

Et vero quantum ad baſin: dixiſſe, opinor, ſat erit, eam exeunte anno ſuperiore a me cum celeberrimo *CASSINIO* (notum eſt Europæ nomen) adjuvante nobili Domino *HANSEN*, Jurium & Matheſeos candidato, præcellentis Ingenii adoleſcente, ſumma diligentia bis dimenſam, inventamque 37438. 58 pedum, ſeu 6240 fere hexapedarum; apparatum meum Viro Clariſſimo, quem hoc genus operationum plurimum exercuit, publice etiam apud *SERENISSIMUM ELECTOREM* dilaudante, ut diceret, ſibi paris bonitatis, firmitatis, conſtantiæ & magnitudinis tigilla, quæ pro dimetienda baſi ante paraveram, ne in Gallia quidem unquam occurriſſe: cum portento ſimile videretur, perticas ligneas 24 pedes longas vix 3 pollices craſſas nullam a pruina, nivibusque, quibus duabus noctibus expoſitæ jacuerant, mutationem, nullam a diverſo frigoris gradu contractionem ſubiiſſe, ut domum relatæ alteri paris longitudinis regulæ (quam *Etalon* Galli vocant) præciſe congruerent; id quod minime caſui, ſed conſilio & diligentiæ, qua extimam illius ligni ſuperficiem porosque pridem obſtruxeram, tribuendum eſt.

Proſtant nunc ad utrumque baſeos Caput ſigna tria maxime conſpicua, duo ad orientem, unum juxta ripam

 Rhe-

Rheni ad occaſum, ſublato quarto ſupra Speculam Schwetzingenſem, præciſe in directione baſeos jacentem, conſtituto; quibus hoc demum anno hujus baſeos directionem ab omni errore liberavi, & baſin ipſam nova 862 pedum menſura, orientali plagæ adjecta, auxi, iisdem, quibus anno vertente uſus ſum, perticis ad libellam compoſitis bina dimenſione, ne unius quidem pollicis diſcrimine invento; quod inſigni plane fructu & operæ pretio nunquam ſatis æſtimando a me factum & illuſt. *CASSINIO* probatum iri exiſtimo.

Cum enim ad metam orientalem primam à me, approbante celeberrimo Aſtronomo, poſitam præter vetuſtam Arcem * *STRAHLENBURG* (quam *ACTINOPOLIN* interpretari liceat) a Maximino Comite de Strahlenburg

ex-

* De primo Arcis *Strahlenburg* Conditore id certo memoriæ proditum accepimus, ejus nominis originem a pervetuſta Comitum de *Strahlenburg* Familia deſcendere. Annum conditæ Arcis 236 offert vetus annalium Schriesheim. Tabula, quam primus, quod ſciam, notavit invenitque D. *Matthias Bræhl*, *Schriesheimenſis* Scriba, homo ætate juvenis, ſed antiquitatum Palatinarum cultor eximius, quibus ille parem & animum literarum ſtudiis optime excultum & gravitatem judicii afferre videtur: teſtem hujus rei adduco ejus ad me epiſtolam die 20 Maji datam, quæ ita habet: ----- Was den Erbauer des Schloſſes Strahlenburg anbelangt, ware ſolcher ein Graff dieſes Nahmens, von deſſen Gemahlin *Seriſa Serisheim* oder *Schriesheim* ſeinen Nahmen hat, welches in des *Münſterii* Coſmographia weitläuffiger zu finden; über das, was darinnen vorkommt, hab ich die Ehre Euer Hochwürden zu berichten, das in der von *Lehmann* ausgegangenen und von Fuchs vermehrten Speyeriſchen Chronic (ſo mir vor gar kurtzen Tagen wegen vielen darinnen enthaltenen Pfältziſchen Geſchichten anerkaufft) in dem 5 Buch 92 Cap. pag. 537 zu

leſen,

extructam, vix unius alteriuſve pagi vicinioris contemnenda turricula ſeſe offerret; producta juxta orientem basi ad eam ſolum, quam dixi 862 pedum diſtantiam, id conſecutus ſum, ut nobiliſſimarum civitatum, *MANNHEMII*, *WORMATIÆ*, *SPIRÆ*, *PHILIPPOBURGI* conſpectus, ipſiusque petræ *NEUCASTEL*, montiumque & locorum trans-Rhenanorum, totiusque fere Palatinatus Rhenani Theatrum jucundiſſimum panderetur, ſimul & ipſius ſigni occidentalis veſtigium ſupra Electoralis *Swetzingenſis Uranoſcopii* tholum manifeſto appareret. Quæ res ingenti mihi ſtimulo fuit, ut monenti per literas *CASSINIO* morem geſturus, magnum meum quadrantem Aſtronomicum primo, quo licuit, vere, in campos educere & utrumque Terminum orientalem montanum meum & *CASSINII* vix uno ab *urbe Heidelbergenſi* lapide diſtantem adire ſæpius decernerem.

---

leſen, wie ein Herr von Strahlenburg Anno 1255 mit vielen Fürſten, Graffen, Herrn, Reichs- und anderen Städten (darunter auch *Heydelberg*, *Neuſtat*, *Oppenheim* und *Bacharach* begriffen) ein Bündnus errichtet, und aus deſſen 7 Buch 3 Cap. pag. 885 iſt erſichtlich, das Churfürſt *Fridericus Victorioſus* Höchſt Seelig. Andenckens, (welcher *Anno* 1462 die berühmte Schlacht bey Seckenheim gehalten, ſo pag. 866. daſelbſt zu leſen) in dem Krieg mit Hertzog *Ludwig* von *Veldentz* (ſo ſich wegen Cloſter- und Stadt-*Weiſenburg* entſponnen) Anno 1471 *Strahlenburg* und *Schriesheim* angegriffen und eingenommen, welches alles aber *Lehmann* aus dem Pfältziſchen Scribenten *Trithemio* entlehnet. In ermeldetem *Münſtero* pag. 877 findet man auch folgenden paſſum von *Schriesheim*: *Siefrid von Strahlenberg* bekame in die Sancti Lamberti h. e. die 17 Septembris 1361 das Keßler-Handwercks Privilegium. Von eben dieſem Herrn iſt *Schriesheim* und das *Strahlenburg* an Churfürſt *Rupertum* 1347. Verkauft worden. ꝛc.

Animabant hæſitantem, ut cœptum opus perficerem, viri duo in Aula inprimis conſpicui, pari in literas amore, ingenio, eruditione, & diſciplinarum Mathematicarum ſtudio, munerumque & officiorum, quibus funguntur, dignitate notiſſimi, mihique benevolentia conjunctiſſimi, quorum alter antiquiſſimæ nobilitatis claritate S. R. I. Liber Baro de HOHENHAUSEN ** ob diuturnam rerum experientiam, reſque præclare domi foriſque geſtas Dux Vete-

** HOHENHAUS oder HOHENHUSEN, lat. *de alta domo* ein adliches Geſchlecht, aus welchem a. 1360 Ioannes Burger-Meiſter zu Franckfurt war. *Statut. Franckf. apud* **Senckenberg** *ſelect. jur. & hiſt. Tom.* 1. *p.* 646. ein Freyherliches und Adliches Geſchlecht in Schleſien. Das Wappenbuch Th. II. p. 83. und Buccelinus p. 15. ſtellen es unter den ſchwäbiſchen Adel. A. 1330. verliehe Joanni Kayſer Ludovicus einige Lehenſtücken. Diplomatar. Ludovic. apud de Ludewig Rrliq. Mſst. Diplom. Tom. VII. p. 2. & p. 114. Henningus wird A. 1344. erwehnet, wo auch Joannes nochmahls vorkommt l. c. p. 116. Es hat ſeinen Urſprung aus Pommern. N. von Hohenhauſen lebte A. 1540. und zeigte mit einer von Schroven aus dem Haus Corsniz einem Sohn, welcher ſich eine von Laucken aus dem Hauſe Solchau in Pommern beylegte. Dieſe gebahr Petrum auf Bolwinckel, welcher durch Margarethen von Simmern ein Vatter Joachims worden A. 1608. Er Diente dem Kayſer im Krieg, und A. 1633. reißte er mit der Hollſteiniſchen Geſandſchaft nach Moſcau, Vertauſchte ſeine Güter mit dem von Manteuffel zu Schislitz in Schleſien A. 1639. und wurde folgendes des Breßlauiſchen Fürſtenthums Commiſſarius. A. 1649. erklärte ihn Anna Urſula Herzogin zu Minſterberg Oels und Bernſtadt, zu ihrem Rath-Marſchall, auch Hoff und Wirthſchaffts Director, Bartha von Manteuffel gebahr ihm 2. Söhne, Franciſcus Henricus der Jüngſte ward A. 1686. mit ſeinem Bruder Petro Reinhardo in den Freyherrn-Stand erhoben, **Pfeffinger** *ad Vitriarii Jus public. l.* 5, §. 48, p. 779. Er war Fürſtlich Bringiſcher Kammer-Juncker, kauffte A. 1668. Eiſenberg in dem Streliſch-Beriegiſchen, ſtarb A. 1686. Der älteſte Petrus Richardus war Fürſtlich Würtemberg Oelsniſcher Oberhauptmann, der Herrſchafft Sternburg des Breslauiſchen Fürſtenthums Küniglicher Mann, und des Neumärkiſchen Weichbildes Landes Aeltiſter nachmahls A. 1693. Kayſerl. Rath und Lands-Hauptmann, des Weichbildes Namslau. Seine 3. Söhne waren 1.) Joachim Heinrich auf Gros-Schwein in Glogauiſchen Fürſtenthums Landes Aelteſter, vermählet mit Urſula Juliana Freyin von Hock A. 1700. und A. 1706. mit Charlotta von Skopp. 2.) Silvius Chur-Thrieriſcher und Biſchöflicher Breßlauiſcher Cammer Director des Bißthums Breslau, und des Fürſtenthums Jägerndorff Lands-Rechts Beſitzer, vermählt mit eine Freyin von Schenckenhaus, und nach deren Todt A. 1719 mit

Veteranus Legionis ſecretiori *Sereniſsimi Electoris* Concilio Militari; alter illuſtris Dominus de STENGEL Politico aſſidet, dignus uterque orbe Palatino arbiter, ille ſago, hic toga eximius, quia uterque Philoſophus, & *Principe Philoſopho* beatus: ſed occurrebat ingens ab immani pondere Inſtrumenti difficultas, quod vires quatuor hominum robuſtas ad exiguum intervallum dejiceret. Huic quoquo impedimento opinione celerius, pro ſuo inſigni in rem literariam amore prima in *Aula Palatina* ſtabuli præfectura illuſtriſſimus occurrendum putavit excellent. D. S. R. I. L. Baro de VIEREEG, cui avitæ majorum ceræ nobilitasque ſanguinis haud majorem ſplendorem nominis, quam propriæ domeſticæque virtutes laudesque prudentiæ & religionis, perpetuam ſuorum venerationem amoremque omnium attulerunt. Hic intellecto, de quo agebatur, impedimento, lecticam capaciſſimam, à duobus mulis ſuſtinendam, cito ſubmiſit, nec ſemel, ſed vicibus quatuor; quibus jam tutus præſidiis, quod nullum Inſtrumento periculum metusque ſupereſſet, & ad utramque baſeos metam, & ad perticam 13tiam, & ad arcem STRAHLENBURG,

---

mit einer von Kottwitz. 3) Petrus Richardus, welcher als Kayſerlicher Lieutenamt geſtorben. Das Wappen iſt in einem Weiſen Schilde ein auf denen hintern Beinen ſitzender Fuchs, mit aufgerichteten förder Klauen und umgeſchlagenen Schwantze, auf dem Helm iſt dergleichen, die Helmdecken aber seynd Weis und Roth. Sinapius Schles. Curioſ. Th. I. p. 472. Th. II. p. 343. plura vide in dem groſſen Univerſal-Lexicon 13. Th.; unde hæc deſumpta ſunt.

BURG, & LADENBURGI, & MANNHEMII, tandemque SCHWETZINGÆ obſervationes huc pertinentes feliciter terminavi; quas tamen minime continuas, verum pro temporum ratione, aërisque temperie, interpolatas ita peregi, ut ſtationibus ſingulis diem fere integrum conſecrarem, iisdem angulis ter quaterve reſumptis, eorumque vera menſura & directe & per differentiam explorata; quo factum, ut præter mirandum obſervationum conſenſum, ſtatum quadrantis mei exploratiſſimum obtinerem, cujus quidem (ſit hæc laus præſtantiſſimi artificis Pariſini CANNIVET) defectum hujus generis obſervationes obturbantem deprehendi haud alium, niſi quod verum diviſionis initium cum axe tubi immobilis angulum comprehenderit $0^{\circ}\,2'\,56''$, item $2'\,58''$ rarius $3'$ a ſingulis angulis directe captis auferendam, in eam quantitatem ſingulis angulorum differentiis apprime conſentientibus, quem nos defectum *paralleliſmi* nominare ſolemus.

Et quod priora quidem Triangula attinet, omnes tres anguli ſunt obſervati; cumque in arce STRAHLENBURG ſignum occidentale primo, quo acceſſeram, die, 26 Aprilis anni currentis 1763, ob vapores

pores ſub æſtum ſolis meridiani inſurgentes, non niſi dubie conſpiceretur; miſſo celeriter, qui ad pedem illius ingentis arboris poſt occaſum ſolis ignem ſtrueret, fideli laborum meorum ſocio, & utriusque dimenſionis præcipuo adminiſtro, Inſigni Domino LACHER, felici ſucceſſu angulum inter ſignum orientale & focum non niſi 9″ majorem eo deprehendi, quem poſtridie, ſigno jam a matutinis Phœbi ſurgentis radiis clariſſime refulgente, usque in horam decimam pro arbitrio cepi, reliquisque, longe diſſitis & circumjacentibus oppidis, urbibusque comparavi: a quo tempore in id potiſſimum intentus eram, ut poſitionem turris Reformatorum, quæ eſt MANNHEMII, quam exactiſſime determinarem, probe gnarus, tholum *Baſilicæ Carolinæ*, (opus immortale CAROLI THEODORI) quam bis cum CASSINIO obſervationis gratia conſcenderam, quadranti meo fore inacceſſum. In hanc igitur turrim, bona præſidum venia, delatus, diem integrum ibi exegi, loco & amplo, & ſolido, & ob patentiſſima lumina facilemque acceſſum habendis obſervationibus percommodo. Quæ ſi in unum conferam, ſi cæteras obſervationes meas, eodem inſtrumento & LADENBURGI habitas, & Schwetzingenſi in *Obſervatorio* toties repetitas

adjiciam; Aſtronomorum puto fore neminem, qui vel ſolis meis obſervationibus poſitionem plurium urbium WORMATIÆ, MANNHEMII, & SPIRÆ &c. proxime determinari potuiſſe neget, in tanto præſertim conſenſu obſervationum cum calculo, quo majorem ſperare vix liceat. Novit illuſtr. CASSINIUS, arcem STRAHLENBURGENSEM e ſpecula Schwetzingenſi, obſtante turri Parœciæ, videri non poſſe; eam tamen pro obſervata habendam exiſtimo, propterea, quod e turricula arcis Electoralis ſiniſtra ad caput orientale baſis a CASSINIO ſæpius obſervata nec pluribus, quam 72 pedibus, a centro ſpeculæ ad lævam remota, eum locum intuitus commode ſim, & tum ex collatis inter ſe obſervationibus, tum duplici e reductione in eum præciſe angulum inciderim, qui calculis omnibus ſatisfacit

Quod ſiquis hæc mea ab illis celeberrimi CASSINII diſſentire objiciat, eum rogo, ut, quæ de neceſſario baſis corrigendæ conſilio poſt diſceſſum laudati Aſtronomi a me ſuſcepto paulo ante memoravi, diligenter apud animum perpendere, diemque opperiri velit, quo opus ingens CASSINII enaſcetur: inveniet ibi, quod tanto homini largiatur argumentum laudis, nec mihi

partem

partem gloriæ eripiet unquam, ſi, exhortante potiſſimum CASSINIO, prævolarim, ſi ſub auſpiciis MAXIMI ELECTORIS, obſervationibus exactis & calculis primus in hac parte Germaniæ verum mappæ Geographicæ fundamentum poſuerim, cui cæteræ hinc ad occaſum, quæ factæ pridem ſunt in Gallia, duce potiſſimum *CASSINIO* Seniore & Filio, ab ejus *Illuſtriſſimæ Academiæ* ſociis, & illinc ad ortum, quæ juſſu *AUGUSTI CÆSARIS* nunc denuo poſt illuſt. *CASSINIUM* repeti audio a clariſſimo noſtro *P. LIESKANIO*, merito comparari queant.

Quæ ſi aliquando rite collata ſibi cohærere, & cœleſtibus Aſtronomi Cæſarei tota Europa jam celebratiſſimi *P. HELL* ex una, & *inclytæ Academiæ Regiæ* ipſiusque imprimis *CASSINII* laboribus ex altera parte, conſpirantes viderimus, quam tum erit felix Germaniæ renaſcentis conditio? quam ſubita *Geographiæ* noſtræ in ſuis mappis metamorphoſis? quam læta *Aſtronomiæ* incrementa? quanti populorum plauſus, Principumque encomia repente conſequentur? ut ipſa mihi certe tellus ſpectato tam felici *Geographiæ* cum *Aſtronomia* conjugio exultatura videatur, quo die, poſt labores ſæculorum, ſuccollante tot ſummo-

rum Principum, ceu totidem Atlantum, Regia munificentia & favore, ſuam fuerit figuram veram adepta. Hos inter an ætas ulla ſumma *Promotoris* ſcientiarum *Sereniſsimi ac Potentiſsimi Electoris* *CAROLI THEODORI* decora conticeſcet, cujus in præcipuam ſuperioris anni expeditionem tam illuſtria extitere merita, ut vicinos etiam Principes ſuo exemplo traheret? an non ardor idem ſimilisque flamma vicinam nobis domum Sereniſſimam, in *Baaden - Durlach* glorioſe regnantem, pulchro corripuit incendio, quando ejus *Sereniſsimi Marchionis* *CAROLI FRIDERICI* favore & imperio, quo die inclyta rupes *Neucaſtel* (antiquum Academicorum Pariſienſium ſignum) accenſo igne relucens mihi in Specula Electorali Schwetzingenſi obſervanti certum ſui indicium præbere debuit, qui fuit dies 12 Junii, duo alii Vulcani, unus ad turrim Durlacenſem, alter ad Fanum *S. Michaëlis*, luculentas flammas in cœlum usque vibrarunt; hinc *Sereniſsimo Electore Palatino* ad ſignum conſpiciendum; inde Principe Sereniſſimo ad exhibendum, capiendoque e turri Durlacenſi inter petram *Neucaſtel* & dictum fanum angulo, una cum ſuis excubante: quo certe incredibili ſummorum Germaniæ Principum in literas ſtudio, num quid antiqua Græcia majus proferre poſſit aut illuſtrius,

neſ-

neſcio. Igitur *TANTI ELECTORIS* munitus præſidio, tectus favore & clementia, his paulo poſt majora adjiciam; obtento ſiquidem eo, quem paulo ante dixi, ad turrim *Durlacenſem* angulo, hæc mea cæteris *Academiæ Pariſinæ* Triangulis innectam, ſimul *Uranie Schwetzingenſi* rite ad omnem uſum accommodata ad ea, quæ ad inclinationem Meridiani cæterasque cœleſtes terreſtresque poſitiones ſpectant, exponenda accedam: nec aliud jam ſupereſt, niſi ut pauca de præciſione calculi commemorem. Tabulis uſus ſum omnium præſtantiſſimis LONDINI 1742 editis: nullam pro angulis eruendis methodum (quam *interpolationis* nominant) adhibui; ſed reductionibus ad ſcrupulum limatis, certiſque adhibitis inſtrumenti etiam in gyrum circuli probandi modis, obſervationes correxi. Suum cuilibet angulo usque ad unius ſecundi minutiam, plerumque ipſis numerorum decimis partem Logorithmi proportionalem adhibui: ejusdem lateris menſuram non una ſed multiplici Triangulorum combinatione erui, differentia maxima unius alteriusve pedis diſcrimen vix unquam attingente; quod evanuiſſet certo penitus, ſi dempta una baſi linea, aut novem figuris adhibitis Logarithmorum centeſimas, aut notas Triangulorum ad horizontem reductiones huic prodromo neceſſarias judicaſſem.

 ſem.

ſem. His fruere, Lector benevole! maturoque tuo judicio, & ſi velis, calculo expende, ruminare penitius, & ſi quidem, admoto rigido multiplicis polygoni examine, errorem uno ſecundo majorem deprehenderis, mecum benevole communicare ne graveris. Vale!

SERIES
ET
ORDO TRIANGULORUM

QUÆ

EX PROPRIIS SUIS OBSERVATIONIBUS

ANNO 1763 HABITIS

DEDUXIT ET CORREXIT

Chriſtianus Mayer, S. J. Prof. Math.
Heidelbergæ.

I. TRIANGULUM.

META BASIS ORIENTALIS *Caſſinii* . .	90° 49′ 49″ . . Log. . .	9.9999544
META OCCIDENTALIS	34 44 23 . . .	9.7557601
STRAHLENBURG	54 25 48 . . .	9.9103070

Menſura *baſis* adhibita & correcta . . . . 37432, 33. ped.

Logarithmus hujus diſtantiæ. . . . . 4. 5732465.

CALCULUS.

9. 7557601	. . .	9. 9999544
4. 5732465	. . .	4. 5732465
14. 3290066		14. 5732009
9. 9103070		9. 9103070
4. 4186996 . . . 26224.		4. 6628939 . . . 46014. 4.

Diſtantia centri arcis Strahlenburg a meta orient. Caſſinii. 26224. ped.
. . . . a meta occidentali . . . . 46014, 4. ped.

META ORIENT. *Caſſinii.*

* Metam Baſis orientalem *Caſſinii* voco, quam pridie adventus clariſſimi viri poſueram die 23. Dec. 1762. in directione ambulacri arborei recta per maximam Arcis Schwetzingenſis portam uſque ad litus Rheni procurrentis, juxta viam, qua HEIDELBERGA BRUCHSALIAM euntibus arx illa Electoralis ad dextram occurrit. Lapis prægrandis humi defoſſus & inciſione duarum linearum normalium ſignatus illæſum adhuc monumentum præbet initii dimenſionis. Angulus 90° 49′ 49″ remota nunc, quæ viro clariſſimo obſtabat, quo minus ad ipſam metam orientalem obſervaret, immani arbore, inter metam occidentalem & centrum arcis Strahlenburg ad ipſum centrum hujus lapidis a me obſervatus eſt, linea penduli ex centro vitri objectivi tubi præciſe in crucem orthogonam lapidi inciſam cadente. Ejus obſervationis teſtes habeo complures ſpectatæ virtutis viros, primum ex ordine militari ſunt: Perilluſtr. D. JACOMIN inclytæ legionis de ROTHENHAUSEN Dux & Colonellus; Perilluſtr. D. de ANDRIANO Tribunus Equitatus; centumviri de HANNEGIESS & LINNICHAUSEN; locum tenens L. Baro de BIRCKENFELD; ex ordine Academicorum doctrina & ingenio clari D. D. de REIBELT & HANSEN jurium Candidati; phyſici denique chariſſimi mei diſcipuli pene univerſi, quorum Dux Prænob. D. Henricus de WEILER magni ingenii & exſpectationis ſummæ adoleſcens, idem qui hanc ſibi materiam publice in aula declarandam auſus eſt depoſcere.

II. TRIANGULUM.

Meta oriental. *Caſſinii*	90° 49′ 49″	Log.	9. 9999544
Strahlenburg	45 38 50		9. 8543359
Obſervatorium Schwetzingense	43 31 21		9. 8379918

Baſis: Diſtantia metæ orient. Caſſinii à centro arcis Strahlenburg . . 26224. ped.

Logarithmus diſtantiæ 4. 4186996

CALCULUS.

9. 8543359		9. 9999544	
4. 4186996		4. 4186996	
14. 2730355		14. 4186540	
9. 8379918		9. 8379918	
4. 4350437	27229, 7.	4. 5806622	38077, 05.

Diſtantia centri obſervatorii à meta orient. Caſſinii . . . 27229, 7. ped.

. . . . à centro Strahlenburg . . . 38077, 05. ped.

OBSERVATORIUM.

* *Specula Schwetzingenſis* fere medio Arcis Electoralis ſupereminet: directio tamen baſis non tranſit præciſe ejus centrum, ſed $2\frac{1}{2}$ ped. ad auſtrum declinat: hinc & inde ad dextram & lævam turricula modica arcem ambiente, quarum altera ad Boream ſita conclave obſervationibus commodum exhibet: diameter hujus conclavis 8 ped. 11 pollic. angulus ibidem inter centrum Arcis *Strahlenburg* & metam orientalem ſæpius ſumptus fuit 43° 37′ 53″, unde ablato angulo 0° 6′ 4″, qualem exhibet differentia inter ſignum in *Obſervatorio* poſitum & dictam turriculam borealem ad metam orientalem capta; & ablato angulo 28″ in arce *Strahlenburg* inter *Obſervatorium* & eandem turriculam comprehenſo relinquitur angulus ad centrum *Obſervatorii* reductus 43°. 31′. 21″, idem qui reſolutione Trigonometrica binorum Triangulorum oritur.

III. TRIANGULUM.

META ORIENT. MONTANA P. Mayer . .	88° 56′ 49″	Log. .	9.9999266
META ORIENT. *Caſſinii* . . .	89 10 11	. .	9.9999544
STRAHLENBURG	1 53 0	. .	8.5167264

Baſis: Diſtantia menſurata metæ orient. Caſſinii à meta orient. P. Mayer. 862. ped.
Logarithmus hujus diſtantiæ 2.9355073

CALCULUS.

9.9999266	. . . . .	9.9999544	
2.9355073	. . . . .	2.9355073	
12.9354339		12.9354617	
8.5167264		8.5167264	
4.4187075	. . 26224,5.	4.4187353 . .	26226,2.

Diſtantia centri arcis Strahlenburg à meta orient Caſſinii . . 26224,5. ped.
. . . . à meta orient. P. Mayer . . 26226,2. ped.

META ORIENTALIS MONTANA.

* Meam hanc metam dico ad diſtinctionem prioris, propterea quod eam non niſi poſt diſceſſum celeberrimi CASSINII producta in acclive dorſum montis baſi ſtatuendam exiſtimarim, ob cauſas in *Procemio* allatas: eam tamen jugo alti montis impoſitam eſſe nemo velim exiſtimet; cum ejus altitudo normalis ad libellam explorata horizontem metæ inferioris vix 65 pedibus excedat, & à meta priore in ea linea horizontali 862 tantum pedibus diſtet. Funis longiſſimus in directione baſeos ex vertice arboris alligatus, quam pro ſigno metæ inferiori appoſueram, beneque tenſus viam nobis monſtravit retinendæ directionis, ne in ea dimenſione ad dextram lævamque declinaremus. Cæterum hoc tertium Triangulum ob contemnendam baſin *Verificationis* tantum gratia retinendum fuit.

III, TRI-

IV. TRIANGULUM.

Meta orient. P. Mayer . . .	88° 56′ 49″ . .	Log. .	9.9999266
Meta occident.	34 44 23 . . .		9.7557601
Strahlenburg	56 18 48 : . .		9.9201667

Baſis: Diſtantia metæ orient. P. Mayer à meta occid. menſurata . . 38294, 3. ped.

Logarithmus hujus diſtantiæ 4.5831342

CALCULUS.

9.7557601		9.9999266	
4.5831342		4.5831342	
14.3388943		14.5830608	
9.9201667		9.9201667	
4.4187276 . .	26225.7.	4.6628941 . . .	46014, 5.

Diſtantia centri Strahlenburg à meta orient. P. Mayer . . . . 26225, 7. ped.

. . . . à meta occidentali . . . . 46014, 5. ped.

STRAHLENBURG.

* Diameter turris *Strahlenburg* bina dimenſione inventa eſt 20 ped. 7 pollic., quam ex meta orient. obſervavi . . 0° 2′ 43″, item 0° 2′ 39″; alibi ut ex meta occidentali 0° 2′ 12″; nec tamen ſtationem in centro hujus turris, verum ad 30 pedum diſtantiam in directione fere ſigni orientalis capere licuit. Hinc obſervationes ad utramque metam terminatæ ob reductionem anguli externi ad internum quantitate 0° 3′ 12″ mulctandæ fuerunt. Accidit ut pro obſervanda *Wormatia* 36 pedibus inſtrumentum à centro turris removendum eſſet; quo caſu ipſa differentia angulorum, quos in prima ſtatione ceperam, expeditum mihi reddidit reductionis totius negotium, quod multis aliis viis paſſim notis confirmavi.

V. TRIANGULUM.

Meta orient. P. Mayer . . .	88° 56′ 49″ . .	Log. .	9. 9999266
Strahlenburg	47 31 50 . . .		9. 8678430
Obſervatorium Schwetzingenſe	43 31 21 . . .		9. 8379918

Baſis: Diſtantia metæ orient. P. Mayer à centro Obſervatorii . . 28091, 7 ped.

Logarithmus hujus diſtantiæ 4. 4485781

CALCULUS.

9. 9999266		9. 8379918	
4. 4485781		4. 4485781	
14. 4485047		14 2865699	
9. 8678430		9. 8678430	
4. 5806617 . .	38076, 9.	4. 4187269 . . .	26225, 7.

Diſtantia centri Strahlenburg à centro Obſervatorii . . . . 38076, 9. ped.

. . . . à meta orient P. Mayer . . . . 26225, 7. ped.

STRAHLENBURG.

* In notis ſecundo Triangulo adjectis dixi, ex turricula *Arcis Electoralis* boreali caſtrum *Strahlenburg* conſpici: hic adjiciendum putavi, ex ipſa Arce *Strahlenburg* non modo eam turrim, ſed ipſum Obſervatorium ex altiore nempe loco deſpici, ſola 28″ differentia inter utriuſque centrum, ob poſitionem utriusque ædificii optice convergentem, in arce *Strahlenburg* obſervata

ANGULI OBSERVATI.

Inter turrim Parœciæ Schwetzingens. & T. meridion. Spiræ. . . .	7°	49′	40″
Inter T. borealem arcis Electoralis & T. Parœciæ Schwetzin.	0	2	17
Inter Obſervatorium Electorale & turric. borealem. . .	0	0	28

VI. TRIANGULUM.

META ORIENT. P. Mayer . .	88° 56′ 49″ . .	Log. . .	9.9999266
PERTICA 13tia	73 17 59	. . . .	9.9812843
STRAHLENBURG	17 45 12	. . . .	9.4841854

Baſis: Diſtantia correcta metæ orient. P. Mayer à pertica 13tia . . 8348, 9. ped.

Logarithmus hujus diſtantiæ 3.9216293

CALCULUS.

9.9812843	. . . . .	9.9999266	
3.9216293	. . . . .	3.9216293	
13.9029136		13.9215559	
9.4841854		9.4841854	
4.4187282	. . 26225. 8.	4.4373705	. . . . 27376.

Diſtantia centri Strahlenburg à meta orient. P. Mayer . . . . 26225, 8. ped.

. . . . à pertica 13tia . . . . . 27376. ped.

META ORIENTALIS MONTANA.

